

LATINE: HERMES
IN MEMORIAM AMICI COLLEGAEQUE


M^a TERESA BELTRÁN, M^a TERESA CASES, MERCEDES GARCÍA

grupogalatea@gmail.com

Hermes magni patris imperio parere parabat et primum nectit pedibus talaria aurea, quae cum alis supra aequora seu supra terram cum rapido flamine sublimem portant. Tum ille virgam capit et cum ea in Orco animas evocat, alias sub tristia Tartara mittit, somnos dat et lumina morte resignat.

Inter caelum et litus harenosum ad Libyae terras volabat et ventos secabat. Ut primum alatis plantis magalia tetigit, Aenean fundantem arces ac tecta novantem conspicit et dixit:
'Iuppiter claro Olympo tibi me deum demittit,
ipse haec mandata per celeres auras ferre iubet: si te
nulla gloria tantarum rerum movet, Ascanium
surgentem et spes heredis Iuli respice, cui regnum
Italiae Romanaque tellus debetur.'

Hermes, tali ore locutus, mortalem visum reliquit et
procul in tenuem auram ex oculis evanuit.



[Vergilius, *AENEIDOS*, IV, 238-278]